

B. N. II, 133.

(X 18807/10)

H. 24, 7.

DISPUTATIO IURIDICA,

De

AUGUSTISSIMÆ, SACRATISSIMÆ-
QUE CAMERÆ IMPERIALIS JU-
RISDICTIONE.

Quam

Aspirante divini Numinis gratiâ:

MODERATORE

GOTHOFREDO

ANTONIO,

J.U.D. ET IN ILLUSTRIS ACADEMIA
GIESSENA PROFESSORE PRIMARIO, CAN-
CELLARIO, & pro tempore Rectore Magnifi-
co, necnon Illustrissimi Hassiæ Principis Lu-
DOVICI Consiliario, Præceptore suo
officiosè colendo,

Ordinarii exercitii gratiâ publico examini submittit

CHRISTOPHORUS KALT
SPIRENSIS.



GIESSÆ HESSORUM,

Excudebat Nicolaus Hampelius, Typogr. Acad.

M DC VII.

De Camera Imperialis Jurisdictione Vol. XXV. 20.

9.



NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, CLARISSIMIS,
Consultissimis, usug, rerum praestantissimis viris:

DN. ERHARDO à RAMMINGEN, Illustrissimi Principis ac Domini, DN. GEORGII FRIDERICI, Marchionis Durlacens. Baden. &c. Consiliario intimo, cognato suo officiosè colendo.

DN. WOLFGANGO GRAFF, J. U. D. Rei q; pub. Nordlingensis Syndico, affini suo multis nominibus honorando.

DN. FRIDERICO LINCK, affini itidem suo plurimum colendo.

Hanc dissertationem Iuridicam in symbolum debita observantia offert ac dedicat Bz.

Christophorus Kalt.





DISPUTATIO
DE JURISDICTIONE CAMERÆ
IMPERIALIS.

THESIS PRIMA.



CTUR I breviter hac disputatione de augustissimæ sacratissimæq; Camera Imperialis Jurisdictione, hanc ejus præmittimus descriptionem: *Jurisdictio Camera Imperialis est jurisdictio ordinaria ex conventionione concessioneq; Imperatoris & Ordinum Imperii ipsi competens, & in Jure per universum Imperium nomine Imperatorie Majestatis reddendo consistens.*

2. *Ordinaria* est sive cum jurisdictione delegata eam conferas, sive cum potestate absoluta.

3. *Ordinaria*, inquam, est: non mandata seu delegata, quippe lege & communi Imperatoris ac statuum Imperii placito Camera delata. *Gail. 1. obs. 41. nu. 5. Scipio Gentilis in tract. de jurisd. libr. 2. c. 9. pag. 217. Myns. respon. 24. n. 2. & seq. & resp 94. nu. 3. cent. 1. Diss. Apologia meri Imperii pro Senatu civitatis Spirensis scripta p. 25. cui eruditè respondet Dn. Petr Denais. in Adfert jurisd. Cam. Imp. pag. 41. Vide omninò Dn. Christian. Barth. in sent. Cam. part. 3. pag. 134. b. & pag. 284. e.*

4. Unde refert Andr. Gail. 1. obs. 33. n. 1. recusari Judicem & Assessores Camera in universum, ut suspectos non posse; Etsi enim jure Canonico tam ordinarius, quam dele-

gatus iudex repelli ex causâ suspicionis omninò potest, c. 61. & ibi las. Wames. 1. n. de Appellation c. 4. de foro competent, aliud tamen constitutum est jure civili, Novel. 86. c. 2. Auth. si verò contigerit, C. de iudic. iunct. l. 16. ibiq; Sich. nu. 6. cum seqq. C. eod. Mynsin. 2. obser. 52. Mascard. de probat. conclus. 952. n. 14. & seqq. vol. 2. (Diff. Cuiac. 6. obs. 23. Don. 17. Comment. iur. 25. inf. & Pet. Gilken. in l. 14. n. 6. C. de iudic.) quod Camera hac in parte sequitur Gail. d. obs. 33. n. 1. Ioan. Schleidan. lib. 9. historia Carolinae § initio huius, pag. (mibi:) 259. & lib. 15. § profligatus. circa pr. Dn. Christian. Barth. in sent. Cam. part. 2. pag. 248. a. & pag. 219. a. & pag. 167. g. vid. Ordinat. Cam. p. 1. tit. 13. § item ordnen wir / & tit. 22. § ult. & Memorial. visit dean. 1562.

5. Est item ordinaria Camerae Jurisdictionis; non absoluta, nec soluta legibus: quia Ordinationis cæterarumq; Imperii constitutionum, & juris communis ac consuetudinum approbatarum cancellis est circumscripta, Ord. Cam. d. tit. 13. in pr. & p. 3. tit. ult. in pr. iunct. tit. ul. part. 2. Ioan. Ludovic. Bend. de Revision. concl. 37. n. 66. Petr. Heig. 1. quest. 9. nu. 9 & 10. Myns. d. resp. 24. n. 4. cent. 1.

6. Competit autem Camerae hæc jurisdictionis ex conventionione concessioneq; Imperatoris & Ordinum Imperii.

7. Ex conventionione, non quam Imperator & Imperii status cum Camera Imperiali, aut ejus Judice & Assessoribus; sed quam Imperii status inter se & cum Imperatoriâ Majestate inierunt, Ord. p. 3. tit. ult. Gail. 1. obs. 41. n. 4. Myns. d. resp. 24. n. 19. cent. 1.

8. Unde infertur rectè, non tantum status Imperii, sed & ipsam Imperatoriam Majestatem ordinatione Camerae obligari, proindeq; Imperatori nō licere causas ibi pendentes avocare, aut quicquam in ejus præjudicium statuere, Ord. p. 2. tit. 35. & in proæm. ord. § penul. Gail. d. obs. 41. n. 3. & 4. Dn. Vult. in l. 1. n. 173. C. de Jurisdic. omn. iudic.

9. Illud

9. Illud verò nostro qualicumq; iudicio infertur mi-
nùs rectè, quod ideò Cæsar facultate iudicandi in caussis ad
Cameræ jurisdictionem pertinentib. se privasse censeatur:
cum verius sit Cameram & Imperatoriam Majestatem con-
currentem jurisdictionem habere, & hîc præventioni lo-
cum esse *Gail. 1. obs. 29. n. 3. & obs. 121. n. 3. Myns. d. resp. 24. n. 20. &
resp. 94. n. 4. cent. 1. Pet. Heig. 1. q. 9. à. n. 14. usq; ad n. 38. Diff. Schrad.
de feud. p. 10. sect. 2. n. 72 & seq. hæsitat verò Dn. Rosenthal. de
feud. c. 12. q. 1. n. 32. & seqq.*

10. Quoniam verò ex concessione Imperatoris & ordinum
Imperii Cameræ cõpetit hæc iurisdictio, cõsequens est, eas
personas, easq; causas, quæ jurisdictioni Imperatoris & Im-
perii non subsunt, nec subesse Cameræ. *arg. Ordin. p. 2. tit. 27.*

11. Ergo non sunt sub jurisdictione Cameræ Clerici.
*auth. statuimus, C. de Episc. & Cler. c. 2. c. 12. inf. c. 18. de Foro compet.
c. 4. de iudic. iunct. Ord. p. 2. tit. 1. Gail. 1. obs. 37. n. 1. Myns. 1. obs. 22. n.
1. exceptis certis casibus, veluti in actionibus realibus extra
Personas Ecclesiasticas consistentibus. Geil. d. obser. 37. nu. 4.
Myns. d. obser. 22. n. 2. & cent. 4. observat. 95. & cent. 5. obser. 93. n.
6. & resp. 47. n. 26. cent. 1. Petr. Frid. Mindan. de process. Cam. lib. 1.
c. 11. n. 5. & seq. Item in feudalibus, c. 6. & 7. de Foro compet. c. 1. de
Controvers. inter Episcop. & Vasall. 2. f. 20. Geil. d. observat. 37. nu. 3.
Myns. d. obser. 22. n. 4. cent. 1 & obser. 67. nu. 12. cent. 2. aut si clerici
respectu iurium regalium, privilegiorum & bonorum tem-
poralium, quæ Imperatori ac Imperio accepta ferunt cõve-
niantur. Geil. d. obs. 37. n. 10. & obs. 30. n. 1. ac. seqq. & de ping. Imp.
obs. 7. Vide Covar. pract. quest. c. 8. 31. ac seqq. Tiber. Decian. in tr.
crimin. libr. 4. c. 9. & Prosp. Farin. & pract. crimin. p. 1. lib. 1. tit. 1. q. 8.*

12. Ex quo decidi potest quæstio, an à sententia ju-
dicis Ecclesiastici in causâ profanâ contra clericum motâ
ad Cameram appelletur? Quod omninò affirmamus, si vi-
gore jurisdictionis secularis, quæ mediaté vel immediaté ab

Imperatore & Imperio, aliòve Principe Laico dependet, judicavit. *Gail. 1. obs. 30. nu. 2. Peter Frider. d. c. 11. n. 5. Henning. Goed. conf. 59. n. 2. & seqq. M. Anton. Peregrin. 1. conf. 1. per tot.*

31. Idq; in tantum verum est, ut si ad Pontificem ejusve legatum tali casu provocetur, Camera Imperialis per mandata sine clausula sub gravi poena appellationis prosecutionem inhibere, ipsumq; causam avocare soleat. *D. Christian. Barth. in sentent. Cam. pag. 2. pag. 126. g. D. Rosenth. de Feud. c. 12. q. 20. n. 7.*

14. Deinde non pertinent ad Camerae Jurisdictionem causae Ecclesiasticae & Spirituales, *Ordin. d. part. 2. tit. 1. junct. c. 2. & 3. de iudic. Veluti adulterii quoad separationem thori, c. 5. vers. si vero de procur. Covarr. de matrim. p. 2. §. 6. nu. 14. & in Epit. de Spons. c. 7. §. 6. n. 8. Myns. resp. 43. n. 34. cent. 1. matrimoniales, Jud. & Assess. Mem. de an. 70. junct. c. 10. caus. 35. q. 6. c. 3. de ord. cognit. c. 1. de consang. & affin. c. 5. qui filii sint legit. c. 12. de Excusat. prelat. Cisner. in addition. ad Ordinat. Cam. p. 1. tit. 9. S wann auch der Key: D. Christian. Barth. in sent. Camer. p. 1. pag. 412. & p. 2. pag. 83. g. Gail. 1. obser. 112. n. 17. Decimarum, juris patronatus, postulationum, electionum, canonicatum, Farin. in pract. crim. libr. 1. tit. 1. q. 8. nu. 20. Gail. 1. obs. 38. D. Christian. Barth. in sent. Cam. p. 2. pag. 721. e. & pag. 1156. e.*

15. Ubi quaeritur, anne saltem inter status Protestantes eorumq; subditos quae sunt causae matrimoniales ad jurisdictionem Camerae spectent? quod negamus *arg. memor. an. 70. Diss. Petr. Frider. de process. Camer. lib. 1. cap. 10. nu. Vide D. Vult. ad l. 1. nu. 49. C. ubi senat. vel Clariss.*

16. Planè si quaestio tantum facti sit nec praejudicialis, veluti in possessorio aut querela nullitatis, poterit Camera etiam in matrimoniali, decimarum, aut simili causa contra reum laicum intentata judicate. *Gail. 1. obser. 37. n. 5. & obs. 38. n. 2. 3. 4. 5. 8. Myns. 2. obs. 67. n. 3. 4. 5. & cent. 5. obs. 93. nu. ul. Farin.*

in

in tract. crimin. libr. 1. tit. 1. quest. 8. num. 23. cum seqq. sed hoc ex jure Canonico defendi non posse arbitratur Covar. pract. quest. 5. 35. n. 1. vers. Verum si diligenter. Vide D. Christian. Barth. in sentent. Cam. p. 1. pag. 210. b. & pag. 492. b. & part. 2. pag. 17. b. & pag. 617. f. & p. 5. p. 99. e. & pag. 386. f.

17. Porro consistit Camere jurisdictione *in jure administrando*. Hac enim fini ipsi est concessa.

18. Unde in controversiam vocari solet, an tantum contentiosam, an verò etiam voluntariam jurisdictionem Camera habeat? & videntur quidem nonnulli ad contentiosam restringere Camere jurisdictionem, *Gail. obs. 1. nu. 7.* sed verius est, ei etiam competere jurisdictionem voluntariam, in iis scilicet, quæ non sunt absolutæ potestatis, nec de reservatis Imperatoriis, sed suo loco ab ordinario magistratu possunt expediri, *vide Supplic. & Voc. Camer. tom. 1. p. 2. tit. 9. Supplic. 37. p. 196. Dn. Christian. Barth. in sent. Cam. part. 1. pag. 461. g. & pag. 543. d. & part. 2. p. 117. f.*

19. Jus autem in Camera redditur *per universum Imperium*. Omnes enim personæ & omnes causæ, quæ sunt sub jurisdictione Imperatoris ac Imperii, sunt & sub jurisdictione Camere Imperialis. *Ordin. p. 2. tit. 27.*

20. Excipe eas personas, quæ ex privilegio aut cõsuetudine legitimè introducta Camerale jurisdictione sunt exemptæ *Ord. d. tit. 27. vide privilegia an. 1602. à Schonwettero edit. pag. 129. & 49. Myns. 5. obser. 58. Gail. de pac. pub. libr. 1. obs. 1. nu. 6.*

21. Sed & causæ reperiuntur, quæ sub jurisdictione Imperatoris sunt, non tamen sub jurisdictione Camere: veluti cum agitur de Ducatu, Principatu, Comitatu aut Baronatu, Imperii feudis. *So einem theil genslich vnnnd endlich sollen abgesprochen werden/ ut habet Ordin. part. 2. tit. 7.*

22. Unde oritur gravis disputatio, si non de integro ducatu vel comitatu, sed de certa ejus parte, veluti dimidia, tertia,

tertiâ, quartâ, controversia sit, an ad Camerae jurisdictionem pertineat? Quod negamus. *Schrad. de feud. part. 10. sect. 2. n. 68. Frideric. Pruckm. cons. 16. n. 17. Diss. Dn. Rosent. de Feud. c. 12. conclus. 1. n. 30.*

23. Aliud vero statuendum de lite, quæ est de rebus particularibus, veluti castris, oppidis, villis, in illo ducatu vel comitatu sitis, etiam pluribus. Hæc enim jurisdictione Camerali non est exempta. *arg. Ord. Cam. p. 2. tit. 7. & Ordin. Regiminis Casarei. de an. 1521. §. ob auch sachen/ D. Rosenthal & Schrad. d. loc. Pruckman. d. cons. 16. 19.*

24. Quod de regalibus Imperii feudis dictum, idem locum habet in reliquis causis, quæ sunt de reservatis Imperatoris. Reservata enim Imperatoria Camerae, quæ ordinariam tantum jurisdictionem habet, non sunt communicata.

25. Ergo si privilegium aliquod, si liberorum naturalium legitimationem, si veniam ætatis, famæ restitutionem: si nobilitatem, si confirmationem adoptionis non jure factæ, si temporis ad conficiendum inventarium lege præscripti prorogationem impetrare, si hominem sui juris arrogare volueris, non Camera, sed Imperatoriam Majestatem suppliciter adibis. *Vide decis. dub. Cam. à Schonwet. ad verbum Casari reservata. Adrian. Gilm. lib. 2. rer. in. Cam. Imp. judic. decis. 54. n. 37. Covar. præct. quest. c. 4. n. 10. Dissent. ex parte Petr. Frider. Mindan. de process. Cam. lib. 1. c. 12. n. 3.*

26. Et cum solus Imperator privilegia concedat, eaq; solus confirmet. *l. 1. §. ult. l. 3. ff. de constitut. princip. l. 16. ff. de legib. §. sed & quod principi vers. planè Instit. de iure nat. gent. & civil. Decian. resp. 8. nu. 226. ult. 1. & consil. 19. nu. 139. vol. 3. consequens est eundem etiam solum de viribus privilegiorum, utrum scilicet valeant necne cognoscere, eaq; interpretari. arg. c. 12. de judic. c. 1. Dd. de confirm. utili vel inutil. l. 191. de Reg. iur. lib. 43. de vulg. & pupil. subst. l. final. C. de leg. Schrad in l. admonendi, nu. 35 vers.*

vers. porrò licet. ff. de iur. iur. Gilman. d. lib. 2. rer. in Cam. Imper. judic. decis. 4. n. 40. vide tamen ibidem aliud votum sub n. 77. & 78. & confer Geil. 1. obser. 1. n. 7. cum seqq.

27. De aliis verò privilegiorum causis, in quibus de substantiâ privilegii non disputatur, & quæ non concernunt absolutam Imperatoris potestatem (veluti cum agitur ad pœnam, quæ privilegio inserta est alicui irrogandâ) etiam cognoscere potest Camera. *Geil. 1. obs. 1. n. 7. & 13. wes. conf. 56. n. 8.*

28. Quæritur hic de causis criminalibus, an sub jurisdictione Camerali contineantur? quod affirmamus, per ea quæ fusè & eleganter disputat D. Petr. Denais. *in disp. de mero imperio contra Senat. Spirens. ejusq. Adfert. & Pet. Fridr. Mindan. de proces. Cam. lib. 1. c. 9. Diss. Geil. 2. obs. 1. n. 27. D. Vult. in l. 1. n. 48. C. Vbi Sonat. vel. Clariss. Rutger Rulani in tract. de Commiss. p. 1. lib. 2. c. 3. n. 2. & seqq. Apologia civit. Spirens. à Dn. Denaisio eruditè refutata.*

29. Cæterùm fundatur Camerae jurisdictio per viam provocationis, vel simplicis querelæ: quod in disputatione de foro competenti, Deo dâte, explicabitur commodiùs.

30. Deniq; redditur in Camera jus *nomine Imperatorie Majestatis*, sub cujus etiam sigillo processus ex ea prodeunt, *Ord. p. 3. tit. 12. S vnnnd so solche. & p. 1. tit. 8. & p. 2. tit. 27.*

31. Unde à sententiis Camerae nec appellare, nec supplicare, sed syndicatum tantummodo aut actorum revisionem petere licet. *Ord. p. 3. tit. 51.*

COROLLARIA.

1. Inviçtissimum Romanorù Imperatorē RUDOLPHUM II. Dominum nostrum omnium clementissimum, (cujus Majestati pro immensis in nos collatis beneficiis &

B

prie

privilegiis Academicis, vitam longævam, firmam valetudinem, Imperium florentissimum, victoriam & felicitatē perennē à Deo exercituum subindē animitus precamur.) Verum Monarcham esse, defendimus constantissimē cū Petr. Heig. i. q. 2. n. 21. & seqq. & Andr. Knich. de Saxon nō provoc. jur. verb. Ducum Saxon c. 1. à n. 1. usq. ad n. 39. Diss. Bodin. in method. hist. c. 6. & de Repub lib. 2. c. 6. n. 223. cum seqq. Aliter Dn. Vult. in Epist. dedic. comment. ad tit. C. de juris vid. Peuc. in Chronic. Carion libr. 5. §. etsi igitur, cum seqq. & confer Schleidan. in hist. Carol. na. lib. 1. §. ubi ventum est. pag. (mibi) 20.

Hoc primum
Fridol.
unde dicitur
quod in
non ex parte
habent

II. Nefas sit cum Domino Vultejo in l. 1. nu. 8. C. ubi Senat. vel Clariss. (quod pace tanti viri, præceptoris nostri observandi dictum volumus) asserere, Imperatorem hodie legibus non esse solutum. Vide Geil. i. obs. 14. n. 6. & libr. 2. obs. 58. n. 2. & 9. & obs. 127. n. 7. Myns. 4. obser. 8. n. 3. & Cent. 5. obs. 97. n. 10. & resp. 21. n. 69. cent. 1. Hartm. Pist. 2. q. 40. n. 40. in fin. Schrad. de feud. p. 2. c. 5. n. 39. vers. quod procedit, Ant. Hering. in tract. de fidejus. c. 7. n. 110. Zas. cons. 1. n. 22. in fin. lib. 2. Nicol. Everb. Jun. cons. 5. n. 82. & cons. 13. n. 1. & 2. vol. 2. Fichard. cons. 70. n. 12. vol. 1.

III. Principibus Imperii, contra quos Hispanus aliquis aut Gallus iudicio vult experiri, privilegium primæ instatiæ seu Austregarum denegare veremur, ut facit idem Dn. Vult. ad d. l. 1. n. 44. C. ubi Senat. vel Clariss. Vid. l. 3. §. ult. ff. de testib. Bart. in l. cunctos populos, n. 15. C. de sum. Trinit. Bald. in l. 1. n. 4. C. ne fil. pro pat. Marian. Soc. in c. quod clericis, nu. 6. de foro compet. Roch. Curt. in c. cum tanto, sect. 8. n. 65. de consuetud.

IV. Jus venandi principibus ex Imperiali investiturâ jure territorii competens, regale jus est. Petr. Heig. i. quest. 15. n. 44. & seqq. Knich. de Saxon. non prov. verb. Ducum, c. 5. n. 169. cum seqq. & de pact. vestit. p. 2. c. 2. n. 35. & de jure superioritatis, c. 4. n. 296. Diss. Dn. Vult. i. F. 5. n. 7.

V. Tam filius quàm agnatus feudum ex pacto & pro-



providentiâ successione acquirere potest, etiamsi hereditatem unâ sibi delatam omittat. *Zaf. de Feud. par. 8. n. 6. Shrad. p. 7. c. 5. n. 74. & p. 8. c. 8. n. 12. D. Rosenthal. c. 2. quest. 33. n. 50. cum si qq. And. Geil. 1. observat. 154. n. 1. Myns. 3. obs. 67. & cent. 4. obs. 2. n. 2. & resp. 5. n. 12. decad. 1. cent. 1. Diss. Hartman. Pistor. lib. 2. quest. jur. p. 1. q. 1. n. 71. q. 2. n. 10. & 38. & q. 13. n. 50. ac seq. Dn. Vult. 1. F. 9. n. 114.*

VI. Injuriam faciunt Bezain tr. de divort. pag. 31. & Albericus Gentilis in tr. de nupt. lib. 5. c. 7. Pontifici Innocentio dum contendunt, ex disputatione cap. 8. de consang. & affinit. eam duci uxorem posse quam nec divino, nec civili jure ducere licet. Vide Duaren. de nupt. c. 3. pag. (mibi) 248.

VII. Qui læsæ majestatis crimen committit, administrationem rerum suarum illico ipsoq; jure, dominium verò earum cõdemnatione demum secuta amittit. Gail. lib. 2. de pac. pub. c. 3. n. 16. M. Ant. Peregrin. de jure fisci. lib. 5. tit. 1. n. 171. Fach. 9. contr. jur. 35. Diss. Scipio Gent. de conjur. lib. 1. c. 6. verb. quas ex eo tempore, pag. 131. Clar. lib. 5. sent. § læsæ majestatis, n. 9. Tiber. Decian. in tract. crimin. lib. 7. c. 40. n. 6.

*AD DOCTISSIMUM ET PRÆSTANTISSIMUM
Virum, Dn. CHRISTOPHORUM KALT, Spirensens
LL. studiosum.*

CHRISTOPHORE, ô quâtum decus est, quæ gloria, dici
Jurisprudenter, & legum clarescere fama!
Nam quid dissimulem! tanto exornatur honore
Antistes legum, ut pater, ut dicatur amicus
Cæsaris, & Themidos pariter justiq; sacerdos.
Nam leges & jura colit, quid fasq; nefasq;
Novit; notiamq; boni profitetur & æqui,
Illicita á licitis, ab iniquo separat æquum.
Sicut in astringero Phœbe splendet Olympo.

*l. ex Divi. 4.
C. Locat.
l. 2. C. de cõ-
trah. & com-
mit. stipulat.
l. 1. ff. de just.
& jur.
§ cumq; præ-
em. Instit.*

Sic

l. 2. § fin. l. 4. Sic splendetq; micatq; : hinc nobilitate fruisce
 in f. ff. de excus. Creditur, & comitis donari conjugē posse.
 cusat. Hinc superat Decios, Marios magnosq; Camillos
 l. Tiraq. de Scipiadas duos bello, & te strenue miles,
 nobil. c. 5. n. Dum verum fas atq; nefas, incertaq; fata
 4. & seqq. Causarum dirimit: dum publica privaq; curat,
 l. advocat. Erigit ac reparat fracta quod mole fathiscit,
 14. de Adv. Providet humano generi, servatq; parentes,
 divers. iud. Et patriæ amissa pro libertate laborat,
 l. 1. §. 4. ff. de Scilicet eximia fidens munimine vocis,
 extraordin. O quam sancta igitur Jurisprudencia res est,
 cognit. Quæ prece, quæ precio non mensurabilis ullo est!
 Novell. 1. in Epilog. Non in paupertate sinit quem vivere : nullum
 Novell. III. In tristi anxietate mari permittit, idemq; est
 in prefat. & Quod præstant aliâs gravibus medicamina morbis.
 in Novell. Hanc quoniam studio legum studiosus anhelas
 163. in pref. CHRISTOPHORE assiduo? & libras athleta lacertos
 & Novell. Juridico in Xysto; tibi pectore gratulor imo.
 164. in pref. Quin & si quicquam rectè auguror, auguror, illud
 Te meritò laus ampla manet perituraq; nunquam
 Serta coronabunt cathedra super alta locatum.


Casparus Finckius Logic. & Physic. in Academ.
 Giessena Professor. P. P.

F I N I S.

✱(*)

8

107
N C



AMPLISSIMIS, CLARISSIMIS,
 q³ rerum prastantissimis viris:

AMMINGEN, Illustrissimi Princi-
 GEORGII FRIDERICI, Mar-
 aden. &c. Consiliario intimo, co-
 plendo.

GRAFF, J. U. D. Reiq; pub. Nord-
 fini suo multis nominibus hono-


NCK, affini itidem suo plurimum

utationem luridicam in symbolum de-
 observantia offert ac dedicat R.

Christophorus Kalt.



CCA
 WA



DE



Iure
 dend

con

ta, q
 rii p
 tract
 resp
 Spire
 in A
 Bart

cem
 post

bill

